

wi[c]htig betra[c]hten sollen woll erhalten, und wihr samptlich des-
sen durch die gnad Gottes, und **Mariae** getreüwes Forpitt weiters ge-
niessen mögen: Worzue ich dan eüch ganz freündtlich, und hochst will
gepetten haben, wass die schidherren, auch sonst geist und weltliche
treüwherzige, fridliebende verstendige Leüht eüch rahten werden, Jhr
sol[c]hes woll behertzigen und Zue allem gueten auff und annehmen
wollen; Zwifle nit der Liebe gott sein gnad durch getreüwes forpitt
seiner getreüwsten Mueter, der ganzen Lobl. Catholischen Eidtgnos-
schafft einiges vorpitt **Mariae** uns samptlich gnädig erhalten, und
fernens in beständigem Friden sägnen werde, under welchen schuz und
forpitt ich eüch und alle sampt befehlen thue ...".

1) s. Zurlaubiana AH 145/129

Kopie - AH 145, 274

145/125

1615 [Dezember 29.], [Basilika] St. Peter in Rom

A

BREVE VON PAPST PAUL V. ZUGUNSTEN DES WARTNERS AUF EINE CHOR-
HERRENPFRÜNDE AM STIFT BISCHOFZELL, JOHANN JAKOB SCHMID¹

"*Paulus Episcopus Servus servorum Dei Dilecto filio Joanni Jacobo
Fabro [=Schmid, von Konstanz] secularis et Collegiatae Ecclesiae op-
pidi de Cella, aliâs Bischofzell Constantiensis Dioecesis salutem et
Apostolicam Benedictionem. Nobilitas generis, vitae ac morum hones-
tas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus
apud nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt ut tibi
reddamur ad gratiam liberales, dudum siquidem foelicis recordationis
Nicolaus Papa quintus Praedecessor noster iuxta Concordata [das Wie-
ner Konkordat von 1448 gemeint]² inter ipsum et Sedem Apostolicam ex
una, ac Nationem Germanicam [das Röm. Reich gemeint] altera partibus
tunc inita, Omnes Canonicatus et praebendas, caeteraque beneficia
Ecclesiastica in Septembri et reliquis quinque alternis mensibus ex-
tra Romanam Curiam aliâs per resignationem vacatura suae et dictae
Sedis dispositioni perpetuò reservavit, Decernens ex tunc irritam et
inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel
ignoranter contigerit attentarij, Cum itaque postmodum Canonicatus et
praebenda secularis et Collegiatae Ecclesiae Oppidi de Cella, aliâs
Bischofzell Constantiensis Dioecesis, Provincia Moguntinensis, quos
quondam Joannes Hilarius Montishofen [richtig: von **Mennlishofen**]³,
ipsius Ecclesiae Canonicus dum viveret, obtinebat, per obitum dicti
Joannis Hilarij qui concordatis praedictis ibidem adhuc vigentibus*

extra dictam Curiam de mense Septembri proximè praeterito diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad praesens ullusque de illis praeter Nos hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione et Decreto obsistentibus supradictis. Nos tibi qui à dilectis filiis Examinatoribus in Urbe deputatis examinatus et idoneus repertus fuisti, asserenti te ex dicta Dioecesi oriundum et de Nobili genere procreatum, nec non Collegij Germanici de eadem Urbe Alumnum existere praemissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, teque à quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris et poenis à Jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus ex istis ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, Canonicatum et praebendam praedictos, quorum et illis forsan annexorum fructus redditus et proventus ... [24] Ducatorum auri de Camera secundum communem estimationem valorem annum, ut etiam asseris, non excedunt, si ve praemisso sive alio quovis modo, aut de alterius cuiuscunque persona seu per liberam resignationem dicti Joannis Hilarij vel cuiusvis alterius de illis in dicta Curia vel extra eam et coram Notario publico et testibus sponte factam, aut assecurationem alterius beneficij Ecclesiastici quavis auctoritate collati vacent, et si tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio iuxta [5.?] Lateranensis Statuta Concilij [von 1512 bis 1517] ad Sedem praefatam legitimè devoluta, Ipsique Canonicatus et praebenda dispositioni Apostolicae specialiter vel aliàs qualiter reservati existunt, et super eis inter aliquos lis cuius statum praesentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat cum annexis huius modi et plenitudine Juris Canonici ac omnibus Juribus et pertinentijs suis Apostolica tibi auctoritate conferimus, et de illis etiam providemus, Decernentes prout est irritum et mane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est, et hactenus vel in posterum contigerit attentari, non obstantibus piae memoriae **Bonifacij** Papae VIII. [der von 1294 bis 1303 im Amt war] etiam praedecessoris nostri vel alijs Apostolicis Constitutionibus ac dictae Ecclesiae Juramento Confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus contrarijs quibuscunque Aut si aliqui apostolica praedicta vel alia quavis Auctoritate in dicta Ecclesia in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus et praebendis ipsius Ecclesiae speciales vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales dictae Sedis aut Legatorum eius litteras impetrârint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et Decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum, Quibus omnibus te in assecutione dictorum Ca-

nonicatus et praebenda volumus anteferri, sed nullum per hoc eis[?]⁴ quoad assecutionem Canonatuum et praebendarum vel beneficiorum aliorum praeiudicium generari, seu si Venerabili fratri nostro Episcopo Constantiensi [Jakob **Fugger**] dictae provinciae et dilectis Capitulo dictae Ecclesiae vel quibusvis alijs communiter aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem aliquius minimè teneantur, et ad id compelli non possint, quodque de Canonatibus et praebendis eiusdem Ecclesiae vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorum Collationem, provisionem praesentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis Jndulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam praesentium non expressam vel totaliter non insertam effectus huius modj gratiae impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si praesens non fueris ad praestandum de observandis Statutis et consuetudinibus dicta Ecclesiae solitum Juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, et cum ad ipsam Ecclesiam accesseris corporaliter illud praestes. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, Collationis, provisionis, decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum **Petri** et **Pauli** Apostolorum, eius se noverit incursum. Datum ... Pontificatis nostri anno undecimo".

"Bischoffzell:"

- 1) Laut Geiger/Bischoffzell 61 trat dann Schmid sein Amt im Jahre 1617 an.
- 2) s. Helvetia Sacra II/2, 67
- 3) s. Geiger/Bischoffzell 61, wo dieser allerdings die Vornamen Johann Jakob trägt. Mennlishofen hatte seine Chorherrenpfründe von 1598 bis 1615 inne.
- 4) Das voranstehende Wort ist nicht eindeutig lesbar.

Kopie, mit Dorsualnotiz von anderer Hand. Wohl aus dem Besitz des Ammanns von Stadt und Amt Zug, **Konrad III**. Zurlauben
AH 145, 275-278 - Blatt 277^v und 278^f leer